

• praedictis, ac eorum quolibet contentorum facere, dicere vel
 • venire possent, aut se in aliquo defendere, juvare vel tueri et
 • specialiter jurisdicenti generalem renuntiationem non valere nisi
 • praecesserit specialis et expressa. Et ibidem incontinenti pree-
 • dicti oratores, sindici et procuratores nominibus quibus supra,
 • ad majorem firmitatem et cautelam omnium et singulorum pree-
 • missorum ac aliorum in praesenti publico instrumento et capi-
 • tulis praedictis contentorum, omnibus meloribus modo, via, jure,
 • causa et forma, quibus melius et efficacius potuerunt et debue-
 • runt, fecerunt, constituerunt, creaverunt, et solemniter ordina-
 • verunt suos, veros, certos, legitimos, et indubitatos procurato-
 • res, actores, factores, negotiorumque suorum infrascriptorum
 • gestores ac nuntios speciales et generales, ita tamen quod spe-
 • cialitas generalitati non deroget, nec e contra, videlicet : Pro-
 • vidos et discretos viros magistrum Marianum de Cuccinis, Ni-
 • colaum de Parma, Petrum de Aretio, neconon Joannem Baptistam
 • de Ecclesia, Andream de Portiis et Tranquillum de Romaulis,
 • dictae curiae causarum camerae apostolicae notarios et alias
 • quoscumque procuratores et notarios, qui nunc sunt et pro tem-
 • pore erunt, quorum nomina et cognomina hic haberi voluerunt
 • pro sufficienter expressis, licet absentes tamquam praesentes, ac
 • eorum quemlibet in solidum, ita tamen quod non sit melior con-
 • ditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod
 • unus eorum incepit alter eorum id prosequi, mediare et ter-
 • minare valeat et finire, ad comparendum pro ipsis d. duce,
 • rogatis, consiliariis et dominio praedictis omni tempore, die, et
 • hora feriatis et non feriatis, ac totiens quotiens praedicto summo
 • pontifici nunc et pro tempore existenti et sacro collegio videbi-
 • tur et placuerit, coram dictis dominis camerario, vicecamerario,
 • auditore, viceauditore, regente, locumtenente et commissario
 • ejusdem ac aliarum curiarum officialibus et judicibus seu eorum
 • locatenentibus et omnia et singula in paeinsertis capitulis con-
 • tenta et expressa, eorumque et cuiuslibet eorum contraventionem